

LIBER SECVNDVS.

lueris desumpta, cōpendiosam uia ad me iora istis studi-
osis iuuenibus, quibus tuo auspicio & moa uione Ro-
stochij loco celebri & ueteri studiorū alūno, res litera-
ria reparatur Andrea humanis. pararet. Nam ut nō in-
tima & acutissima quæq; analēmata studiosum, q Orato-
rie arti, aut iuris Ciuilis cognitioni instituitur, aut etiam
his maioribus, perscrutatū uelim, ita uiaßim non cum
ἐναριθμητικὸν esse oportet.

VNITAS QUID SIT ET NUMERVS,
& quomodo diuidatur. CAP. I.

VNitas omnis numeri prināpium est & mēsurā,
nam ut reliquas res numero metimur, ita nu-
meros unitate. Hanc Euclidis libro VII. elementorum
definiens, unitas inquit est qua unumquodq; unum did-
tur. De qua sic Iamblichus ut opinor, ex Platone. Vni-
tas omniū prināpiū est, radix & origo, absq; principio
uero nihil: initium autem est non prināpij, sed alterius.
Unitas ergo prināpium, omnemq; numerum continet.
Numerus aut ex his aggregata multitudo discretorum
mēsurā ac modus, ut ab Aristotele ingeniosissime dictū
est. Modus enim ex harmonia sumitur, & hæc ex nume-
ris, qua in re philosophia studiosum admonendū cense-
mus, ut numeros à rebus, quarū sunt numeri, ad solum
intellectum transferat: hoc enim proprium mathema-
tum est. Summa diuisio numerorum est per pares &
impares. Par numerus est iuxta Pythagoram, qui